Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



eum · Ait illi · Modice fidei quare dubitasti · Et cum
ascendissent in nauicilam cessauit uentus · Qui autem
in nauicula erant · uenerunt · adorauerunt eum dicen-
tes · Vere filius dei es · Marie Magdalene · sapiente
In lectulo meo quaesiui quem diligit anima mea
quaesiui illum · nec inuenio · Surgam · et circuibo ciuitatem
quaerens quem diligit anima mea · Inuenerunt me
uigiles qui custodiunt ciuitatem · Num quem diligit
anima mea indicis · Et fuit cum transissem eos
inuenio quem diligit anima mea · Tenui eum nec dimit-
tam donec introducam illum in domum matris meae · In
cubiculum genitricis meae · In uigilia · Iacobi apli · Lectio ·
Beatus uir qui inuentus est · Scdm Mathm ·
Illo tp · Circuibat ihc ciuitates omnes · et castella do-
cens in synagogis eorum · et praedicans euangelium regni
et curans omnem languorem et omnem infirmitatem
Videns autem turbas miseratus est eis · quia erant
uexati et iacentes sicut oues non habentes pastorem ·
Tunc dixit discipulis suis · Messis quidem multa ope-
ri autem pauci · Rogate ergo dominum messis · ut mittat
operarios in messem suam · Et conuocatis duodecim disci-
pulis suis · dedit eis potestatem spiritum immundorum ut
eicerent eos · et curarent omnem languorem et omnem infirmi-
tatem · In die scorum · Benedicamus deum et pe dm nm · R ·
Illo tp · Accessit ad ihm mater · Scdm Mathm ·
filiorum zebedei cum filiis suis adorans et petens aliquid
abeo · Qui dixit ei · Quid uis · Ait illi · Dicit sedeant
hi duo filii mei · unus ad dexteram tuam et unus ad
sinistram in regno tuo · Respondens autem ihc dixit ·